



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augsburg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica VIII. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

assumatur in vanum, gravissimè peccatur, præsertim si per juramentum inutile vel falsum di-  
vina veritas in testimonium advocetur. Sunt  
certæ juramenti justi conditiones: hæ nisi ob-  
serventur, enormis Deo injuria fit, unde me-  
ritò ad infligendas tam in hac, quam altera vi-  
ta pœnas impellitur. *Mense II. Disc. 43. pag.*

184.

## DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

1.

*Quid faciam, quia Dominus meus aufert  
à me villicationem? Luc. 16.*

Magna est hujus villici infelicitas amissâ vil-  
licatione; nam aut inter vulgares operas su-  
dare & laborare, aut inter mendicabula stipem  
corrogare cogitur; calamitatis hujus causa est  
dissipatio bonorum Domini sui. Major erit  
tua infelicitas, O peccator, quamprimum per  
mortale peccatum gratiam Dei perdidieris; nam  
cum illa amittes omnem animæ pulchritudi-  
nem, & omnes spirituales divitias. *Mense I.*  
*Disc. 21. pag. 315. usque ad num. 8.*

2.

*Redde rationem villicationis tux. Luc. 16.*

Non immeritò Dominus iste à Villico ratio-  
nem expetiit, utpote dissipante bona ipsius:  
pari modò misericordiam non meretur, qui  
crea-

creaturis ad injuriam Creatoris abutens impuris libris aut imaginibus delectatur , & semel amissam non facile recuperabit. *Mense I.*  
*Disc. 14. pag. 212. à num. 7. ad finem.*

## 3.

*Diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Luc. 16.*

Rectè officio suo motus est hic villicus ; non enim falsò fuit infamatus , cùm ipsemet reum se agnoscens non cogitaverit de se defendendo vel bene ordinandis ratiociniis , sed jam desperans solummodo cogitavit, quomodo si bi post depositionem amicos faceret. Verè damnabile vitium est prodigalitas , sive illius causas consideres , sive pessimos fructus , quos producit. *Mense V. Disc. 145. pag. 486.*

## 4.

*Diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Luc. 16.*

Itaque miser iste villicus à Domino suo convictus rationem reddere non potuit, loco moreri , exilium querere debuit. Quæ verò causa , nisi vana pompa & vitæ luxus ? immemor officii sui uxorem , liberos , seipsum splendide vestiebat , magnifice epulabatur , atque ita & justam mercedem suam & domini bona decoxit. Ea nempe vani luxus est indoles , ut opes exhaustat , famam denigret , ani-

CONCIONATORIUS. 141

animam quoque gravibus ruinis involvat.

Mense VI. Disc. 159. pag. 116.

5.

*Facite vobis amicos.* *Luc. 16.*

Totum hoc Evangelium docet invocandos  
esse Sanctos : videbis , quantopere DEO  
placeat, nos in ærumnis ad Sanctos confuge-  
re: quid agendum tibi ad impetrandum eo-  
rum patrocinium : quam efficax sit eorum in-  
tercessio. Mense X. Disc. 299. pag. 463.

DOMINICA IX.  
POST PENTECOSTEN.

1.

*Videns civitatem flevit super illam.*

*Luc. 19.*

Et quid mirum? Considerabat nempe præ-  
sentem urbis pulchritudinem, templi sanctita-  
tem, ædificiorum majestatem, civium opulen-  
tiam &c. Contra verò intuebatur futuram il-  
lius ruinam & dissipationem. Verum sub ur-  
bis hujus figura multò acerbius deflevit hor-  
renda animæ damna ac miserias, quibus se per  
peccatum mortale involvit. Mense I. Disc. 21.  
pag. 328. à num. 8. ad finem.

2.

*Erat docens quotidie in templo.* *Luc. 19.*

Non